



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

Hymnus & Benedictio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

Hymnus & Benedictio.

Benedic Anima mea Domino, & omnia
quæ intra me nomini sancto ejus,
Benedicite Appetitus & memoria
Domino; laudate & superexaltate eum
in secula.

Benedicite Intellectus & Ratio
Domino; laudate & superexaltate eum
in secula.

Benedicite Spiritus & Voluntas
Domino; laudate & superexaltate eum
in secula.

Benedicite Corpus & omnia ossa
Domino; laudate & superexaltate eum
in secula.

Benedicite Venæ & arteriæ, nervi
omnia membra mea Domino; laudate
& superexaltate eum in secula.

Benedicite sensus & potentia mea
Domino; laudate & superexaltate eum
in secula.

Benedicite omnia opera Domini
Domino; laudate & superexaltate eum
in secula.

*Vbi semihoram, aut saltem horam
diutem recollectioni dederis, Benedicite*

nem pete dicens: Recedo à te paululum, mi Jesu, sed non sine te; at non dimittam te, nisi benedixeris mihi, ô Benedicte in secula!

Mihi indignissimæ creaturæ suæ benedicat Omnipotens Deus Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, Amen.

Observa hoc tempus à Sacro pretiosissimum, aptissimumq; esse ad omnia dona à Salvatore presente impetranda: ideoq; non festinandum ad lectionem, scriptionem, aliave etiam spiritualia: quid Libri te docebunt, quod ab hoc Magistro non disces uberius! Propone ei necessitates tuas & particula boni doni non te pretereat.

II.

IGNIS ET LIGNA
AD VICTIMAM HOLOCAUSTI
EUCCHARISTICI.

Seu

Considerationes & affectus
Pro Missæ Sacrificio à Nativitate Domini
ad Quadragesimam.

I. 6

CHRI.